

nominatim hospitale apud^{t)} Esinum¹⁾ cum universis suis pertinentiis. | Si quis vero pretaxatis clementie nostre statutis ausu temerario contraire presumpserit, pena quinquaginta^{u)} librarum auri puri sit condemnatus, quarum medietas^{v)} fisco nostro, residua prefate ecclesie exhibeatur. Ut autem hec nostra institutio rata imperpetuum^{w)} habeatur, presentis privilegii^{x)} paginam^{y)} fecimus inde conscribi et nostre maiestatis sigillo roborari. Volumus autem predictos fratres huius privilegii donationibus uti in bonis illis, que ipsi iure proprii ad manus suas tenent^{z)}, non autem in hiis, que ex oblationibus fidelium pro certo canone receperunt^{a)}. Huius rei testes sunt: Rudolfus imperialis aule prothonotarius, magister Godefridus^{b)} Viterbiensis^{c)} noster capellanus^{d)}, magister Berardus fisicus^{e)}, Petrus Urbis prefectus, Bertholdus^{f)} legatus Italie^{g)} et alii quam plures.

✕ Signum domini Heinrichi Romanorum regis (M)²⁾ invictissimi^{h)}. ✕
Ego Godefridus imperialis aule cancellariusⁱ⁾ vice Philippi^{j)} Coloniensis archiepiscopi et Italici^{k)} regni archicancellarii^{l)} recognovi^{m)}.

Acta sunt hec anno dominice incarnationisⁿ⁾ M^o C^o LXXX^o VI^o, indictione IIII^a^{o)}, regnante domino Heinricho^{p)} VI^o Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius^{q)} XVII^o.

Datum in obsidione Urbeueti, VIII^o kalendas Iulii feliciter. Amen.

(B.D.)³⁾

^{t)} aput B ^{u)} na quinqua
durch Faltung zerstört B ^{v)} medietas über der Zeile nachgetragen E ^{w)} in-
perpetuum CD ^{x)} is privi durch Faltung zerstört B ^{y)} pa durch Loch zer-
stört B ^{z)} s tene durch Faltung zerstört B ^{a)} receperunt C ^{b)} Godfridus D
^{c)} nsis durch Loch zerstört B, Uiterbiensis D ^{d)} cappellanus E ^{e)} figicus D
^{f)} Bertoldus E ^{g)} Ytalie CDE ^{h)} Signum — invictissimi in verlängerter
Schrift (Nachzeichnung) BC ⁱ⁾ cancelarius D ^{j)} Phillippi C, Phylippi DE
^{k)} Ytalici D ^{l)} archicancelarii D ^{m)} recognovi C ⁿ⁾ tionis durch Faltung
zerstört B ^{o)} quarta B ^{p)} Herrico D ^{q)} eiusdem B

¹⁾ Das Brückenhospital S. Leonhard am Esino, heute Fiumesino, Com. Falconara Marittima, Prov. Ancona.

²⁾ Nachzeichnung des Monogramms in CD.

³⁾ Die (heute verlorene) Goldbulle wird in C beschrieben: Quod privilegium bullatum est bulla aurea sive sigillo aureo pendenti in quadam cordella serica rubea in quo sigillo erat imago cuiusdam regis sedentis habentis coronam in capite tenentis in una manu lilium in alia vero crucem et in quo erant tales litteras circulares: HEINRICUS dei gracia romanorum rex. Ex alia parte sigilli erat imago cuiusdam civitatis et erant tales litteras: Roma capud mundi regit orbis frena rotundi. Auch in D werden die Goldbulle erwähnt und die Umschriften auf Avers und Revers wiedergegeben.